

Ordinis medicorum lenensis decanus D. Ernest. Antonius Nicolai sollemnia inauguralia clarissimi medicinae candidati Georgii Henrici Toemlich ... habenda indicit : praemittitur commentationis de cubitu aegrotorum particula prima.

Contributors

Nicolai, Ernst Anton, 1722-1802.
Toemlich, Georg Heinrich, 1759-
Royal College of Surgeons of England

Publication/Creation

lenae : Litteris Stranckmannianis, [1785]

Persistent URL

<https://wellcomecollection.org/works/hevaxw64>

Provider

Royal College of Surgeons

License and attribution

This material has been provided by This material has been provided by The Royal College of Surgeons of England. The original may be consulted at The Royal College of Surgeons of England. where the originals may be consulted. This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.



Wellcome Collection
183 Euston Road
London NW1 2BE UK
T +44 (0)20 7611 8722
E library@wellcomecollection.org
<https://wellcomecollection.org>

ORDINIS MEDICORVM IENENSIS

H. T. DECANVS

D. ERNEST. ANTONIVS NICOLAI

SOLLEMNIA INAVGVRALIA

CLARISSIMI MEDICINAE CANDIDATI

GEORGII HENRICI TOEMLICH

SVNDHVSO - GOTHANI

A. D. XXI MARTII. c1816CCCLXXXV

HABENDA INDICIT.

Praemittitur commentationis de cubitu aegrotorum parti-
cula prima.

I E N A E

LITTERIS STRANCKMANNIANIS.

OLDEN & SONS

10, N. 2ND ST.

D. ERNEST ANTONIUS NICOLAI

SOLEMNIA INAVOCALIA

CLARISSIMI MEDICINAE CANDIDATI

GEORGI HENRICI TOEMELCH

EVANGELIO - GOTTWALT

A. D. 221 MARTII CIRCULARIA

HABENDA INUITIT


THE NEW YORK PUBLIC LIBRARY


ASTOR LENOX TILDEN FOUNDATION

1894

LITTELL'S STANDARD



 Quod medici clinici est, officium, ad ea omnia, quae ad aegrorum pertinent statum, omnem convertere attentionem, nisi alicubi deliquisse aut aegrotos non omni ex parte circumspicere satis tractasse aut curasse videri velit, exposcit quoque, ut ad varios aegrotantium decumbendi modos animum advertat. Quantum enim damnum et periculum ex huius rei neglectu aegrotis oriatur, exinde liquido apparet, quoniam eo morbos non raro redduntur aut magis dolorifici aut protractiores aut omnino funesti. Quantum quoque conferat aegri



situs morbi indoli et naturae bene accommo-
 datus ad dolorum vel symptomatum mitigationem,
 quid? quod ad perfectam morbi curationem, lucu-
 lenter demonstrant fracturae, luxationes, vulnera
 aliique morbi, quos chirurgicos vulgo dicimus.
 Praeter ea, quae de aegrorum cubitu in monumen-
 tis istorum celeberrimorum virorum, qui semioti-
 cen ediderunt, reperiuntur, illustris quondam Lip-
 siensis Professor medicinae AVGVSTVS QVIRINVS
 RIVINVS *de situ aegrorum commodo* scripsit disserta-
 tionem, postea Volumini dissertationum Rivinianarum
 Lipsiae anno MDCCX conjunctim editarum inser-
 tam. Deinde huius argumenti particulam pertra-
 ctavit magum olim Academiae Halensis decus, FRI-
 DERICVS HOFFMANNVS in ea, quam *de situ erecto*
in morbis periculosis valde noxio inscripsit, disser-
 tatione. Tum *de situ corporis cum sani tum aegroti*
observanda quaedam dissertatione inaugurali Praesi-
 de GVST. CHR. HANDTWIG Rostochii anno
 MDCCXLVII habita proposuit D. D. IOANNES
 BVMP. Porro anno MDCCLIII dissertationem in-
 auguralem *de necessaria medici ad aegrotantium cu-*
bitus attentione Praefide BVCHNERO D. D. HENRI-
 CVS ANTONIVS RVMPF publice defendit. Praeterea
 ad huius generis scripta pertinet illustris TRILLERI
 Dissertatio *de diversis aegrotorum lectis a medico clini-*
co

co probe observandis Wittenbergae die XXII Iunii MDCCLXXII habita eiusque Clinotechnia medica antiquaria sive de diversis aegrotorum lectis secundum ipsa varia morborum genera convenienter instruendis commentarius medico - criticus anno MDCCLXVI editus. Duplici vero ratione cubitus aegrorum considerari potest, aut, quatenus ex eo sedis indolis et genii morbi vel aliarum ei adiunctarum rerum signum et cognitio haberi possit aut qualis situs aegroto morbi indoli conveniens sit imperandus. Bonum est signum et periculi absentiam indicat, si aeger pro arbitrio suo situm mutare et quocunque se vertere potest, in latus, prout lubet, aut dextrum aut sinistrum cubat collo brachiis cruribusque paulum reductis. Etenim corpus aegri in situ supino dorso ut longe maiori basi incumbit, quam in cubitu in alterutro latere, et ad corpus in situ in alterutro latere retinendum pluribus et maioribus viribus aegro opus est, quam in situ supino, ex quo manifestum est, quod aeger in alterutro latere cubans pluribus et maioribus viribus polleat, quam dorso incumbens. Porro aeger viribus instructus esse debet ad situm, prout ipsi lubet, mutandum necessariis nec eiusmodi dolore affectus esse potest, qui situs mutatione augetur. Dolor quidem saepe causa est, ut aeger situm mutet, donec talem in-



veniat, quo dolor levatur; si vero aegrotus se quocunque vertere et situm mutare potest sine incommodo, saltem eiusmodi dolor abesse debet, qui exinde exacerbatur. E contrario periclitatur aeger, si hianti ore et semper dormiens supinus praeter solitum iacet expansis manibus pedibusque. Plura addere scriptiunculae huius limites non permittunt, quae restant, proxima dabimus occasione, cum nunc a nobis publice commendandus sit meritisque laudum encomiis ornandus.

CLARISSIMVS ATQVE DOCTISSIMVS MEDICINAE DOCTORANDVS

GEORGIVS HENRICVS TOEMLICH

S V N D H V S O - G O T H A N V S

qui vitae et studiorum suorum curriculum sequentibus nobis exposuit verbis:

Ego GEORGIVS HENRICVS TOEMLICH primum duxi habitum vitae Sundhusae prope Gotham MDCCCLIX. d. XVI. Febr. Patre usus sum IOANNE CHRISTIANO, pastore ibidem vigilantissimo, matre autem CHARLOTTA AVGVSTA, ex stirpe Madelungiana oriunda. Optimi hi parentes jam inter coelites triumphantes, operam omnem adhibuerunt, ut principiis religionis, iisque, quibus aetas puerilis informari solet, disciplinis rite imbuerer. Hinc inde ab anno MDCCCLXXI me Gymnasio illustri, quod Gothae floret, commiserunt, ibique habui praeceptores Consiliarium ecclesiasticum Serenissimi Ducis Saxo-Gothae.

Ego

thani et Rectorem GEISLERVM, et clarissimos Professores b.
 BAVMEISTERVM, b. BRIEGLEBIVM, GEBHARDVM,
 SCHICKIVM, VOIGTIVM, KALTWASSERVM, ex quibus me
 plurimum profecisse lubens gratusque profiteor. Absoluto schola-
 sticae vitae curriculo, rei herbariae et hortensi duce WEHMEIERO
 olitore Serenissimi Ducis Saxo Gothani aulico incubui per quatuor
 annos. Deinde consentiente parente consilium mutavi et medicinae
 operam dare coepi. Hoc consilio me anno MDCCLXXXII
 contuli Lipsiam, ubi Rectore Magnifico IO. AVGVSTO ERNE-
 STI in numerum civium academicorum receptus sum. Ibi fre-
 quentavi scholas botanicas, chymicas, philosophicas et anatomi-
 cas virorum Illustrum ac celeberrimorum PLATNERI, b. GAL-
 LISCHII, POHLII et GEHLERI, ex iisque summum fructum
 cepi. Sed e re mea esse duxi academiam Ienensem adire, et ab
 Illustri et excellentissimo NICOLAI, Spectabili Gratosae Facul-
 tatis Seniore, tunc temporis fasces Academiae tenente, civibus
 academicis adscriptus sum. Frequentavi tunc Praelectiones phi-
 losophicas tum logicas, tum metaphysicas et anthropologicas Il-
 lustris Consilarii aulici ULRICHII. In physiologia nec non in
 semiologia Illustrem Consiliarum aulicum NICOLAI, pa-
 tronum ac fautorem ad cineres venerandum; in materia medica,
 therapia generali ac speciali, historia medicinae, et arte formu-
 las medicas conscribendi, medicina forensi et CELSI librorum
 explicatione Illustrem Consiliarium aulicum GRVNERVM, cu-
 jus discipulum fuisse me totam per vitam meminisse iuvabit;
 in Anatome, Chirurgia medica et manuali, historiaque naturali
 Illustrem Consiliarium aulicum LODERVM ad manes usque colen-
 dum audiui. Pathologiam, doctrinam de morbis neonatorum atque
 in

*mulierum cum clinicis exercitationibus coniunctam et artem obstetriciam theoretico - practicam me docuit Exœcellentissimus STAR-
KIVS. In chemia pharmaceutica, anatome et botanice instructus
sum ab Experientissimo D. SCHENCKIO, cujus in me favorem
et benevolentiam nunquam verbis satis prædicare possum.*

Nuper vero talem in examinibus se præstitit,
ut omnium plausu atque unanimi suffragio dignus
fuerit habitus, cui summi in arte nostra decernerentur
honores et venia dissertationem suam publice
defendendi concederetur; id quod etiam sine Praefide
die XXI Martii faciet et a me digna eruditionis et virtutis
præmia accipiet. Cui solemnitati ut MAGNIFICVS
ACADEMIAE PRORECTOR, S. R. I. COMES ILLV-
STRISSIMVS, PATRES ACADEMIAE CONSCRIPTI et
PROFESSORES CELEBERRIMI, GENEROSISSIMI AC NO-
BILISSIMI COMMILITONES, HOSPITES OMNIUM OR-
DINVM HONORATISSIMI LITTERARVMQVE PATRO-
NI AC FAVTORES interesse velint, Ordinis mei
verbis ea, qua decet, observantia oro rogoque.
P. P. sub sigillo Facultatis a. d. XVI. Martii
MDCCLXXXV.

